VIRO NOBILISSIMO ET CONSULTISSIMO
D. GEORGIO CLIFFORTIO J.V.D.

CAROLI LINNÆI
Doct. Med. & Acad. Imp. Nat. Cur. Soc.

FLORA LAPPONICA

Exhibens

PLANTAS

Per

LAPPONIAM

Creſcentes, ſecundum Syſtema Sexuale
Collectas in Itinere

Impenſis

SOC. REG. LITTER. ET SCIENT. SVECIÆ

A. CIↃ IↃ CC XXXII.

Inſtituto.

Additis

Synonymis, & Locis Natalibus Omnium,
Deſcriptionibus & Figuris Rariorum,
Viribus Medicatis & Oeconomicis
Plurimarum.

AMSTELÆDAMI,
Apud SALOMONEM SCHOUTEN,
CIↃ IↃ CC XXXVII.

CLASSIS VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

112. CONVALLARIA *ſcapo nudo.* * *majalis*

Liliago. Vaill. par. 116.
Lilium conuallium album. Bauh. pin. 304.
Lilium conuallium, flore albo. Rudb. cat. 25. hort. 65.
Lilium conuallium maius. Lind. wikſ. 21.
Lilium conuallium. Rudb. vall 21. Frank. ſpec. 18. Till. ab. 39. ic. 144.
Svalaninòchem. Lappis.

α. In ſyluis ad latera auſtralia montium rarius reperitur.

β. Qui genus Conuallariæ in claſſe naturali non coniungit cum *Liliaceis* reliquis, errat: Flos enim ſine calice, corolla ſexfida, ſtamina ſex, ſtigma trigonum, pericarpium triloculare, vt de conuenientia foliorum florumque in facie externa vel radice carnoſa nihil dicam. Ratio, cur ad Liliaceos relata non ſit, fuit pericarpium molle ſeu Bacca, quæ tantum gradu a capſula differt, vt infinita dictitant exempla. Ex. gr. Amygdalus & Perſica, Nicotiana & Atropa, Cucubalus & Behen (§. 180. *α.*) &c. Veteres

caespitosa 332. CAREX *ſpicis plurimis remotis ſeſſilibus ſubrotundis turgidis.*
Cyperoides alpinum, foliis caryophylleis, ſpicis breuibus, e nigricante & albido variegatis. Scheuch. hiſt. 421.

panicea 333. CAREX *ſpicis remotis ſeſſilibus, capſulis ſubgloboſis.*
Gramen cyperoides, foliis caryophylleis, ſpica granis rarioribus & tumidioribus conſlata. Rudb. elyſ. 1. p. 57. f. 31.
Cyperoides foliis caryophylleis, ſpicis rarioribus & tumidioribus veſicis compoſitis. Tournef. inſt. 530.
α. Inter omnes Carices eſt hæc ſpecies vulgatiſſima.
β. In capſulis, loco ſeminum, communiter latebat bulbus farinaceus globoſus niger, qui morbus etiam in aliis fere omnibus huius generis ſpeciebus obſeruabatur, licet in illis rarus, in hac communis.

flava 334. CAREX *ſpicis ad apicem tribus ſeſſilibus, femininis ſubrotundis, capſulis acutis recuruis.*
Cyperoides paluſtre aculeatum, capitulo breuiore. Tournef. inſt. 529.
Gramen cyperoides aculeatum germanicum vel minus. Bauh. pin. 7.
α. In ſyluis rarius.

hirta 335. CAREX *ſpicis remotis, femininis ſeſſilibus, capſulis hirſutis.*
Cyperoides polyſtachyon lanuginoſum. Tournef. inſt. 529.
Gramen cyperoides polyſtachyon lanuginoſum. Pluk. phyt. 34. f. 6. Rudb. elyſ. 1. p. 55. f. 24.
α. In Alpibus & deſertis communis, copioſius occurrit in Noruegia & Finmarkia.

336.

336. CAREX *ſpica maſculina a feminina, in ala folioli, remota.* globularis
α. Abunde in ſyluis omnibus inuenitur.
β. Culmus vix pedalis, tenuiſſimus, craſſitie ſetæ porcinæ, nudus. *Folia* tenuia, longitudine fere culmi. *Spica maſculina* fuſca ſcapum terminat. *Spica feminina* ſeſſilis in ala folioli, ipſo folio breuiori.

337. CAREX *ſpicis tribus ad apicem ſeſſilibus, femininis ouatis atris.* saxatilis
α. In ſolis Alpibus nobis viſa fuit.
β. Facies eadem & ſtatura eſt, quam (§. 324.); differt tamen ab ea & aliis, quod ſpica oblonga fuſca maſculina caulem terminet, tum quod duæ femininæ alternæ iuxta apicem culmi collocentur ouatæ, magnæ, & quoad calicem & germina atræ.

338. CAREX *ſpica maſculina terminatrici, ſpica feminina ſuprema breuiore, capſulis diſtantibus.* * digitata
Gramen caryophyllatum montanum, ſpica varia. Bauh. pin. 4. prod. 23.
Gramen caryophyllatum polycarpon, fructu triangulo. Gottſch. pruſſ. 112.
Cyperoides montanum nemoroſum minus, caule triquetro compreſſo, ſpicis ferrugineis tenuioribus, inter ſe diſtantibus, capſulis rarius diſpoſitis oblongis turbinatis trilateris. Mich. gen. 65. tab. 32. fig. 9.
α. In deſertis rarius.

339. CAREX *ſpica vnica.* * pulicaris
Gramen cyperoides ſpica ſimplici caſſa. Moriſ. hiſt. 3. p. 244. ſ. 8. t. 12. f. 21. 22.
Cyperoides minimum ſeminibus reflexis puliciformibus. Dill. giſſ. 78.
Gramen cyperoides minimum, ſeminibus deorſum flexis puliciformibus. Raj. ſyn. 3. p. 424.

R 2 Carex